833 k. 17
1-3

ELIAE PALAIRET,
ECCLESIAE GALLICAE TORNACENSIS PASTORIS,

SPECIMEN THESAURI CRITICI LINGUAE GRAECAE,

IN QUO

SPECIALES Vocabulorum SIGNIFICATIONES indicantur, ELLIPSES ſupplentur, PLEONASMI evolvuntur, & ex Scholiis antiquis illuſtrantur, cum Indicibus neceſſariis.

LONDINI.

M DCC LIV.

t
2628

SPECIMEN

THESAURI

CRITICI

LINGUAE GRAECAE.

BENEVOLO LECTORI

Salutem.

QUANTOPERE Linguæ Græcæ Studium in Erudito Orbe neceſſarium ſit, facile quisque, cui Natura de meliore luto finxit præcordia, percipit. Gratiam propterea ab omnibus inierunt, qui diurna nocturnaque manu Græcos Autores verſantes, Lexica condiderunt. Verum pleraque, quamvis laudibus ſuis non fruſtranda, non ſatis, ut ita dicam, demorſos ſapiunt ungues. Tantummodo varias Vocabulorum Significationes continent, & rariſſime *Ellipſes* & *Pleonaſmos* detegunt; quorum tamen cognitio eo magis acquirenda eſt, quod genuinæ unicæque claves ſint, quibus Linguam

 reſerare,

reſerare, & ejus interiora penetralia ingredi queamus. Id nos impulit ad novum Theſaurum Linguæ Græcæ Criticum condendum, illudque Subſcriptionibus publicis proponendum, in quo 1°. Variæ Vocabulorum Significationes paterent. 2°. Ellipſes ſupplerentur. Et 3°. Pleonaſmi indicarentur, uti ex Specimine noſtro liquebit. Ne autem canere Iliada videremur, haſce tres Obſervationum Claſſes *Scholiis* antiquis illuſtrare & confirmare conati ſumus. Eum in finem coëgimus & in ordinem redegimus quicquid illa *Scholia* in *Aeſchylum*, *Apollonium Rhodium*, *Ariſtophanem*, *Callimachum*, *Demoſthenem*, *Euripidem*, *Heſiodum*, *Homerum*, *Lucianum*, *Pindarum*, *Sophoclem*, *Theocritum*, & *Thucydidem*, continent. Simul in Opus noſtrum præcipuas *Ellipſes*, quas Cl. Bos, LEISNERUS, SCHOTTGENIUS, & alii, protulerunt, revocavimus. Præterea, quo Studioſæ Juventuti prodeſſe poſſimus, Indices accuratiſſimos ſubtexuimus, & quidem ita, ut, quacunque ratione conſulantur, e veſtigio ſibi ſatisfacere queat. Vale, B. L. & conaminibus noſtris fave.

THESAU-

THESAURUS CRITICUS LINGUAE GRAECAE.

ΑΓΑΛΜΑ, *Simulacrum* (I.) deficit in τὸ Διοπετὲς apud *Luc.* Act. Apoſtol. XIX. 35. Νεωκόρον οὖσαν - - - - τοῦ διοπετοῦς. ſc. ἀγαλμάτος. *Aedituam eſſe . . . ab Jove delapſi.* ſc. *ſimulacri.* Addit *Herodianus* Lib. I. c. ii. §. 2. Αὐτὸ μὲν τὸ ἄγαλμα τὸ διοπετὲς - - - - οὔτε δὲ τὴν ὕλην, οὔτε τεχνιτῶν ὅστις ἐποιήσεν, ἐγνωσμένον. *Ipſum igitur ſimulacrum ab Jove delapſum - - - neque qua ſit materia, neque a quo fabricatum artifice, ſatis conſtat.* Poſſemus quoque ſupplere vocem Ἕδος, uti patet ex *Appiano Alexandrino* de Bel. Mithrid. p. m. 346. Τὸ τῆς Ἀθηνᾶς ἕδος - - - - διοπετὲς ἡγῆνται. *Minervæ ſimulacrum - - - - ab Jove delapſum putant.* Deeſt quoque vox Ἀγάλματα in Λίθινα, *Statuæ lapideæ*, apud *Xenoph.* de Polit. Lacedæm. quem adduxit *Longinus* de Sublimit. iv. Item in Νευρόσπαστα. Ut & in Inſcriptionibus Simulacrorum, e. g. in Inſcriptione Sigea: Φανοδίκου εἰμὶ τοῦ Ἑρμοκράτους τοῦ Προκονησίου. ſc. ἄγαλμα. *Phanodici filii Hermocratis Proconeſii ſum.* ſc. *ſimulacrum.* Ita *Plinius* XXXIV. 5. *Fuit Hermodori* (ſc. *ſimulacrum*) *Epheſi in comitio.* Similiter τὸ Ἵκελον, quum abſolute ponitur pro *Imagine* aut *Statua*, poteſt per ἄγαλμα ſuppleri, e. g. apud *Heſiod.* ἔργ. vſ. 71. Denique deeſt quoque vox hæc in Ἀφροδίσιον apud *Heſych.* ſub h. v. & in aliis ſimilibus vocabulis. (II.) Redundat procul dubio apud *Philoſtrat.* Vita Apoll. p. m. 252. Λέγεσθε γὰρ ἡμῖν τῶν ἐκείνου λόγων ἀγάλματα ἀπὸ Ἰνδῶν ἄγειν. h. e. ἐκείνου λόγους. *Fama enim de vobis eſt, vos ipſius ſermones ab Indis advehere.* (III.) Varia ſignificat. (1°.) *Honorem*, apud *Euripid.* Hecuba vſ. 457.

Δάφναθ' ἱεροὺς ἀνέσχε
Πτόρθους Λατοῖ φίλᾳ
Ὠδῖνος ἄγαλμα δίας.

Laurusque ſacros porrexit
Ramos Latonæ charæ
Partus in honorem divini.

Ubi *Paraphraſtes* exponit per, εἰς τιμὴν τῆς ὠδῖνος τῆς δίας. (2°.) *Ornamentum*, apud *Euripid.* Hel. vſ. 207. ubi *Caſtor* & *Pollux* dicuntur ἄγαλμα πατρίδος. *Ornamentum patriæ.* Similiter apud *Charitonem* Lib. I. p. m. 1. vocatur *Hermocrates* Ἄγαλμα τῆς ὅλης Σικελίας. *Ornamentum totius Siciliæ.* Ibi Cl. *Dorville* p. m. 12. confer ſis. (3°.) *Signum*, apud *Muſæum* vſ. 5. & 8.

. . . Λύχνον ἀκήω,
Λύχνον, ἔρωτος ἄγαλμα.

. . . *Lychnum video,*
Lychnum, amoris ſignum.

Et apud *Orpheum* in Lunæ ſuffimine, p. m. 106. ubi *Luna* dicitur Νυκτὸς ἄγαλμα. *Noctis ſignum.*

Ἄγαν, *Omnino*, apud *Aeſchyl.* Septem contra Theb. vſ. 817. Ἡναίροντ' ἄγαν. *Interfecti ſunt omnino.* Ubi *Schol.* ἄγαν] παντελῶς. Similiter, *Nimis pulchris*, pro, *Omnino pulchris*, dixit *Plaut.* Edit *Lambini* p. m. 20.

Ἄγκυρα, *Ancora*, deficit in Ἀιρειν, apud *Thucydid.* Lib. I. p. 17. Ἀραντες (ſc. ἀγκύρας) ἔπλεον. Et *Lucian.* Ver. Hiſt. I. p. 607. Τῇ ἐπιούσῃ ἄραντες (ſc. τὰς ἀγκύρας) ἐπλέομεν. *Poſtridie ſublatis* (ſc. *ancoris*) *navigabamus.* Addit *Polybius* Excerpt. Leg. pag. m. 1313. Ἄρας τὰς ἀγκύρας ἐτέλει τὸν πλοῦν. *Sublatis ancoris navigationem ſuſcepit.* Et *Plutarchus* in Apophthegm. p. 204. Τὴν ἀγκύραν ἆραι κελεύσας. *Cum ancoram tollere juſſiſſet.* Deficit inſuper vocabulum hocce in Proverb. apud *Suidam* Centur. viii. § 66. Κινήσω τὸν ἀφ' ἱερᾶς. ſc. ἀγκύρας. *Movebo ipſum a ſacra.* ſc. *ancora.* Addit dici de iis, qui ad extremam opem confugiunt, ἐκ μεταφορᾶς τῶν ναυλῶν, οἱ τὴν βοήθειαν εἰς τὴν ἱερὰν ἀγκύραν ἔχουσι. *Metaphorice deſumptum a nautis, qui ſalutem in ſacra ancora habent.* Item in Proverbio Ἐπὶ δυοῖν ὁρμεῖν. ſc. ἀγκύραιν. *Duabus niti.* ſc. *ancoris.* Vide *Eraſmi* Chiliad. p. m. 627. Plenius dixit *Libanius* Epiſt. ccxxiii. p. m. 107. Ὅπως οὖν ἐπὶ δυοῖν ἀγκύραιν ὁρμεῖν ἔχῃ. *Ut igitur duabus ancoris niti poſſit.*

Ἀγοράζω, *In foro verſor*, apud *Ariſtophan.* Nubib. vſ. 1370. Οὐδ' ἀγοράσει. *Neque in foro verſabitur.* Ubi *Schol.* ἀγοράσει] ἐν ἀγορᾷ διατρίψει. Et Acharn. vſ. 625. ἀγοράζειν πρὸς ἐμέ. *In foro verſari propter me.* Ubi iterum *Schol.* ἀγοράζειν] ἐν ἀγορᾷ διατρίβειν.

Ἀγών, *Certamen* (I.) deficit in Ἐπιτάφιος, *Funebris*, apud *Plutarch.* in Pyrrho: Λαμπρὸν ἐπιτάφιον (ſc. ἀγῶνα) ἀγωνισάμενος. *Cum clarum funebre* (ſc. *certamen*) *edidiſſet* Addit *Diodorus Siculus* Lib. xvii. Ὅτι μέγαν ἀγῶνα αὐλῷ ἐπιτάφιον συστήσουσι. *Magnum ipſi certamen funebre edituros.* Deeſt etiam Ἀγὼν in Πένταθλος apud *Longin.* Sect. xxxiv. Item in Ἀμφορίτης, uti patet ex *Schol. Pindari* vii. Olymp. Ἔστι δὲ, inquit, ἀμφορίτης ἀγὼν, οὗ μέμνηται Καλλίμαχος. Ut & in Συμβάλλειν τινι. *Dion Caſſius* Lib. xliii. p. m. 215. Οὐδὲ μόνῳ τῷ Σκιπίωνι συνβάλλειν (ſc. τὸν ἀγῶνα) ἄνδις ἐτόλμησε. *Neque cum ſolo Scipione committere* (ſc. *certamen*) *rurſus ſuſtinuit.* Addit *Euripid.* alicubi:

Ποῦ . . . θανάτῳ φῆς ἀγῶνα συμβάλλειν;

Ubi . . . cum morte ais certamen commiſiſſe?

(II.) Ἀγὼν ſpecialiter *Opus eſt* ſignificat apud *Euripid.* Oreſte vſ. 1297. Σκέψασθε νῦν ἄμεινον, οὐχ ἕδρας ἀγών. *Spectate nunc melius, non otio opus eſt.* Ubi *Paraphraſt.* exponit, οὐ γὰρ χρεία νῦν τοῦ καθέζεσθαι.

B.

Βαίνω, *Conſcendo* (I.) deficit in Proverb. apud *Diogenian.* Centur. III. §. 48. Βοῦς ἐπὶ γλώσσης. ſc. ἔβη. *Bos linguam.* ſc. *conſcendit.* Plenius extat in *Proverbiis Metricis*, vſ. 1069. (II.) Βαίνω, *Incedo*, redundat apud *Homer.* Il. B. Ἔβαν φέρουσαι. pro Ἔφερον. *Incedebant auferentes.* pro *Auferebant.* Et apud *Sophocl.* Antig. vſ. 248.

. . . . Τὸν νεκρὸν τις ἀρλίως
Θάψας βέβηκε; . . . .

. . . . *Mortuum quis jam*
Inceſſit ſepeliens? . . . .

h. e. Ἔθαψεν, *Sepelivit.* (III.) In ſpeciali τοῦ *Superari* ſignificatione venit verbum hocce apud *Sophocl.* Antig. vſ. 123.

Ἔβα, πρὶν ποθ' ἁμετέρων
Αἱμάτων γένυσι
Πλησθῆναι. . . .

Superatus eſt, prius quam noſtro
Sanguine genas
Impleret . . .

Ubi *Schol.* ἔβα] ἀντὶ τοῦ, ἡττήθη.

Βάρος, *Pondus*, redundat apud *Aeſchyl.* Choeph. vſ. 992. Ἐξ οὗ τέκνων ἤνεγκ' ὑπὸ ζωνὴν βάρος. h. e. τέκνα. *A quo liberorum ſuſtinuit ſub zona pondus.* h. e. *liberos.* Item *Sophocl.* Aj. Flag. vſ. 126. Ἢ χειρὶ βρίθεις, ἢ μακρᾷ πλούτῳ βάρει. *Sive manu polles, ſive magnarum divitiarum pondere.* h. e. μακρῷ πλούτῳ, *magnis divitiis.* Similiter *Argenti pondus*, pro ipſo *Argento* dixit *Lucret.* Lib. v. vſ 1240.

. . *Aes, atque aurum, ferrumque repertum eſt,*
Et ſimul argenti pondus. . . . . .

ΒΑΣΊΛΕΙΑ, *Palatia*, deficit apud *Aeſchyl.* Perſ. vſ. 3. Τῶν ἀφνεῶν . . . φύλακες *Divitum* (ſc. *palatiorum*) *cuſtodes*. Ubi *Schol.* τῶν ἀφνεῶν] λείπει τὰ βασίλεια. Apud *Theocrit.* Idyl. xv. vſ. 22. Βᾶμες τῶ βασιλῆος ἐς ἀφνειῶ Πτολεμαίω. *Eamus ad regis divitis Ptolomæi.* ſc. *palatia*. Ubi *Schol.* Εἰς τὰ βασίλεια πορευθῶμεν τοῦ ἀφνειοῦ κὴ πλουσίου Πτολεμαίου.

ΒΈΛΟΣ, *Telum* (I.) deficit in Καταπελτικὸν apud *Diodor. Sicul.* Lib. xiv p. m. 675. qui plenius uſurpavit Lib. xvii p. m. 192. In Πυρφόρον apud *Eund.* Lib. xx. p. m. 469. & integrum p. m. 476. In Ἐπισκοπὸν apud *Julian.* Orat. I. p. m. 11. Sic apud Latinos *Miſſilia*, ſc. *jacula*, vel, *tela*, uti ſæpius apud *Livium*, vel, *tormenta*, uti apud *Plinium* extat. (II.) Redundat apud *Aeſchyl.* Prom. Vinct. vſ. 650.

. . . Ζεὺς γὰρ ἱμέρου βέλει
Πρὸς σου τέθαλπται. . . . .

. . . *Jupiter enim deſiderii telo*
A te incaluit. . . . .

h. e. ἱμέρῳ, *deſiderio*. Similiter *Lucida tela diei*, pro *Lucida dies*, dixit *Lucret.* Lib. i. vſ. 147.

. . . . *Tenebrasque neceſſe eſt*,
Non radii ſolis, neque lucida tela diei
Diſcutiant. . . . . .

(III.) Significat (1°.) *Fulmen* apud *Aeſchyl.* Septem contra Theb. vſ. 519. Διὰ χερὸς βέλος. *In manu fulmen*. Ubi *Schol.* βέλος] τὸν κέραυνον. Sic *Telum*, pro *Fulmine* dixit *Virgil.* Georg. L. i.

. . . . . *Ille flagranti*
Aut Atho, aut Rhodopen, aut alta Ceraunia telo
Dejicit. . . . . .

(2°.) *Gladium*, apud *Ariſtoph.* Acharn. vſ. 344. Ἀλλὰ καττάθου τὸ βέλος. *Sed rejicito gladium*. Ubi *Schol.* τὸ βέλος] Ἐπὶ ξίφους τὸ βέλος τέθεικε. (3°.) *Vulnus*, apud *Homer.* Iliad. ⊙. vſ. 513.

. . . Τις τούτωνγε βέλος κὴ οἴκοθι πέσσῃ.

. . . *Quis eorum vulnus etiam domi curet.*

Ubi *Schol.* βέλος] νῦν τὸ τραῦμα.

Γ.

ΓΆΜΟΣ, *Nuptiæ*, *Concubitus* (I.) deficit in Ὥρα, apud *Herodian.* 1. 2. 3. Τὰς δὲ θυγατέρας ἐν ὥρᾳ (ſc. γάμου) γενομένας. *Filias, quæ in ætate* (ſc. *nuptiarum*) *erant*. Supplent *Artemidorus* I. 81. p. 71. Ὥρα γάμων. *Arrianus* IV. p. 284 & *Schol. Theocriti* Idyl. II. 66. Αἱ ὥραν ἔχουσαι γάμου. Deficit inſuper in Συνέρχεσθαι, apud *Dionyſ. Halicarnaſſ.* A. R. Lib II p. m. 95. ubi notat ex Romuli mandato uxorem participem eſſe bonorum & ſacrorum, ſecundum ſacras leges συνελθοῦσαν ἀνδρὶ. ſc. εἰς γάμον. *Venientem cum marito*. ſc. *in concubitum*. Addit *Achill. Tatius* Lib i. p. m. 59. Ὅταν ἓν εἰς γάμον ἐθέλωσιν . . . συνελθεῖν. *Cum igitur in concubitum cupiunt . . . venire*. Poſſes quoque in hoc verbo εἰς ὁμιλίαν, vel, εἰς ἑυνὴν, ſupplere, uti patet ex *Dionyſ. Halicarn.* Lib. iv. p. m. 207. & *Ariſtæneto* Lib. i. Epiſt. xv p. m. 106. (II.) Redundat apud *Euripid.* Oreſte vſ. 1533. Ἔλαβε τὸν Ἑλένας γάμον. *Recepit Helenæ nuptias* h. e. *Helenam*. Ubi *Schol.* τὸν Ἑλένας γάμον] ἀντὶ τῆς, τὴν Ἑλένην.

ΓΈΝΟΣ, *Genus*, redundat apud *Heſiod.* Θεογ. vſ. 161. Ποιήσασα γένος . . . ἀδάμαντος. h. e. ἀδάμαντα *Cum procreaſſet genus . . . ferri*. h. e. *ferrum*. Item *Theognid.* vſ. 191. Μὴ θαύμαζε γένος . . . ἀστέων. *Ne mirere genus . . . civium*. h. e. *cives*. Ut & *Euripid.* apud *Athenagor.* Legat. pro Chriſtian. p. m. 102.

Πῶς ἓν τάδ' εἰσορῶντες, ἢ θεῶν γένος
Εἶναι λέγωμεν. . . . . .

Quî igitur hæc videntes, vel Deorum genus
Eſſe dicamus. . . . . .

h. e. *Deos*. Similiter *Ennius* p. m. 53. *Perhibent Grajûm genus*. h. e. *Graji*. & p. m. 224. ubi *Deûm genus*, pro, *Deos*, uſurpavit:

Ego Deûm genus eſſe ſemper dixi.

ΓΈΥΟΜΑΙ, *Guſto* (I.) deficit apud *Libanium* Epiſt. cxcii. p. m. 91. Ἀλλ' ἄρτι δὴ μῦς πίτης, ſc. γεύεται. Plenius habet *Diogenianus* Centur vi. §. 41. (II.) Significat *Periculum facio*, apud *Sophocl. Trachin.* vſ. 1108. Ἄλλωνε μόχθων . . . ἐγευσάμην. *Aliorumque laborum . . . periculum feci*. Ubi *Schol.* ἐγευσάμην] ἐπειράθην, πεῖραν ἔσχον.

ΓΙΝΏΣΚΩ, *Scio*, *Anquiro* (I.) deficit in Proverb. apud *Suid.* Centur. xiii. §. 27. Τὰς ἐν ᾅδᾳ τριακάδας, ſc. γινώσκειν. *Inferorum terniones*, ſc. *anquirere:* addit enim, ἐπὶ τῶν περιέργων, καὶ τὰ ἀποκεκρυμμένα ζητούντων γινώσκειν. Apud *Euripid* Phœniſſ. vſ. 173. Ὡς ὃ καθέξω τειχέων ἔισω στρατὸν. *Quod* (pro, *Scito quod*) *non continebo copias intra urbem.* Ubi *Schol.* Ὡς ὃ καθέξω] λείπει τό, γίνωσκε. Item apud *Ariſtophan.* Theſmoph. vſ. 151.

. . . Ἀλλὰ δῆτ' ἐκ τοῦ μέλους
Ζητῶ σ' . . . . .

. . . *Sed utique ex cantu*
Quæram te. . . . .

ſc. *cognoſcere.* Ubi *Bourdinus*, Ζητῶ σ'] γνῶναι ἐκ τοῦ μέλους. (II.) Redundat apud *Aeſchyl.* Sept contra Theb. vſ. 658. Σὺ δ' αὐλὸς γνῶθι ναυκληρεῖν πόλιν. pro, ναυκλήρει. *Tu autem ipſe ſcito gubernare urbem.* Pro, *guberna.* Similiter *Noverat fabricare*, pro, *Fabricabat*, extat in Veteri Inſcriptione apud *Reineſium* Claſ 17. n. 175.

NOVERAT HIC DOCTA FABRICARE
MONILIA DEXTRA.

Δ.

ΔΑΊΩ, *Noſco*, pleonaſtice uſurpavit Incertus Autor in *Anthолog. Græca* Lib. v. Epigr. 13. p. m. 525. ubi datur ratio, quare *Apollo* exhibeatur *nudus* ære:

. . . . . Ἐνὶ χαλκῷ
Γυμνὸς ἦην, ὅτι πᾶσιν ἀνειρομένοισιν Ἀπόλλων
Γυμνῶσαι δεδάηκεν ἀλήθεα δήνεα μοίρης.

In ære nudus erat, quia omnibus interrogantibus Apollo nudare novit vera conſilia fati. h. e. *nudat.*

ΔΆΚΡΥΑ, *Lacrymæ*, deficit in voce Πηγαί, apud *Euripid.* Alceſte vſ. 1077.

. . . Ἐκ δ' ὀμμάτων
Πηγαί καλεῖρρώγασιν. . . .

. . . *Et ex oculis*
Fontes erumpunt. . . .

Pro Πηγαί δακρύων, *Fontes lacrymarum.* Addit *Achill. Tat.* Lib. vi. p. m. 375. Τῶν δακρύων τὴν πηγὴν συνεφέλκεται. *Lacrymarum fontem educit.*

ΔΆΠΕΔΟΝ, *Solum*, redundat apud *Ariſtoph.* Plut. vſ. 515. Γῆς ἀρότροις ἐῆξας δάπεδον, h. e. γῆν. *Terræ ſolum aratro cum effregiſſet*, h. e. *Terram.* Sic *Sola regni*, pro, *Regnum*, dixit *Ennius* p. m. 55. & *Sola terræ*, pro, *Terra*, alicubi *Catullus.*

ΔΕΙΛΌΝ, *Timiditas*, pro, *Suſpicione timiditatis* occurrit apud *Euripid.* Oreſt. vſ. 780. Εὖ λέγεις, φεύγω τὸ δειλὸν τῆδε. *Recte dicis, effugiam ſic ſuſpicionem timiditatis.* Ubi *Schol.* τὸ δειλὸν] ἀντὶ τοῦ, ὑποψίαν τῆς δειλίας.

ΔΈΜΑΣ, *Corpus*, redundat apud *Euripid.* Iphig. in Taur. vſ. 1440. Ἀδελφῆς . . . . εἰσπέμψων δέμας. *Sororis reducturus corpus.* h. e. Ἀδελφὴν, *Sororem.* Item Oreſte vſ. 107. Τί δ' οὐχὶ θυγατρὸς . . . πέμπεις δέμας. h e. θυγατρέα. *Cur non mittis filiæ corpus*, h. e. *filiam.* Ut & Hecub. vſ. 723.

Εἰσορᾷ γὰρ τοῦδε δεσπότου δέμας
Ἀγαμέμνονος. . . . . .

. . . *Video enim hujus domini corpus*
Agamemnonis. . . . . . .

h. e. *hunc dominum Agamemnonem.* Ubi *Schol.* ἀντὶ τοῦ, τὸν δεσπότην Ἀγαμέμνονα.

E.

Ἔγγυς, *Simul*, apud *Ariſtoph.* Veſp. vſ. 658. Τάλαντ' ἐγγὺς δισχίλιαι γίνεται ἡμῖν. *Bis mille talenta ſimul obtinemus.* Ubi *Schol.* ἐγγὺς] ἀντὶ τοῦ, ὁμοῦ.

ΕἶΔΟΣ, *Species* (I.) deficit apud *Sophocl.* Electr. vſ. 169. Τί γὰρ ἐκ ἐμοὶ ἔρχεται ἀγγελίας; *Quæ enim non mihi affertur nuntii?* ſc. *ſpecies.* Ubi *Schol.* ἦγεν, τί εἶδος ἀγγελίας ἐκ ἔρχεται ἐμοί; (II.) Redundat in *Pauli Silentiarii* inedito Epigr.

Κούρη δ' ἀγρυφέης ἐπὶ γενίδος ἄχρι χιτῶνα
Ζωσαμένη, Φοίβης εἶδος ἀπεπλάσατο.

Virgo autem usque ad candidum genu tunicam
Cincta, Dianæ ſpeciem referebat.

h. e. Φοῖβην, *Dianam.* Similiter *Imaginis formam*, pro, *Imaginem* dixit *Ennius* p. m. 161.

Adſpicite, ô ceiveis, ſenis Ennii imaginis formam.

Εἱμαρμένος,

ΕΙΜΑΡΜΈΝΟΣ, *Decretus*, deficit apud *Sophocl.* Antig. vſ. 471.

. . . Εἰ δὲ τῷ χρόνῳ
Πρόσθεν θανεῖμαι. . . . .

. . . *Si autem tempus*
Ante moriar. . . . . .

h. e. *Ante tempus decretum.* Patet ex *Schol.* τῷ χρόνῳ πρόσθεν] τῷ εἱμαρμένῳ δηλονότι.

ΕΙΜΙ, *Eo*, deficit (1°.) apud *Ariſtoph.* Acharn. vſ. 623. Ἐγὼ δὲ κηρύττω . . . πωλεῖν, ἀγοράζειν πρὸς ἐμὲ. *Ego autem injungam . . . eos vendere, & in foro verſari ad me.* Pro, *ad me venientes.* Ubi *Schol.* πρὸς ἐμὲ] λείπει δὲ τὸ, ἰόντας. (2°.) Redundat apud *Euripid.* Hecub. vſ. 577.

Οὐκ ἔι τι δώσων τῇ περισσ' εὐκαρδίῳ
Ψυχὴντ' ἀρίςῃ ; . . . . . .

Non ibis daturus aliquid valde cordatæ,
Generoſiſſimæque ? . . . . . .

pro, Οὐ τι δώσεις. *Non aliquid dabis.* Similiter *Ibit agitare*, pro, *Agitabit*, uſurpavit *Lucanus* Lib. I. vſ. 78.

Ibit in obliquum bigas agitare per orbem.

ΕΠΩ, *Dico*, deficit in Proverb. apud *Suid.* Centur. ix. §. 69. Μᾶλλον ὁ Φρύξ. ſc. εἶπεν. Addit *Zenobius* Centur. v. §. 16. Item in Μὴ, apud *Ariſtoph.* Nub. vſ. 84. Μή μοίγε τοῦτον μηδαμῶς τὸν ἵππιον. *Ne mihi omnino hunc equeſtrem Deum.* ſc. *dicas* Ubi *Schol.* Μὴ εἴπῃς μοι. In ὅτι, apud *Eund.* Acharn. vſ. 338. Ὅτι τῷ τρόπῳ σου'ςιν φίλον. *Quod moribus tuis placeat.* pro, *Dic quod.* Ubi *Schol.* ὅτι] ἀντὶ τοῦ, εἰπὲ ὅτι. In Πῶς, apud *Euripid.* Phœniſſ. vſ. 1376.

Καὶ πῶς πέπρακται διπλύχων παίδων φόνος ;

Et quomodo facta eſt geminorum filiorum
cædes ?

pro, *Et dic quomodo.* Patet ex *Paraphr.* Εἰπέ μοι, πῶς.

ΕΡΓΟΝ, *Opus* (I.) deficit ante Genitivum apud *Longum* Paſtoral. Lib. ii. p. m. 32. Κῆπός ἐςι μοι τῶν ἐμῶν χειρῶν, ſc. ἔργον. *Hortus mihi eſt, mearum manuum*, ſc. *opus.* Item in Proverb. apud *Suid.* Centur. iii. §. 90. p. m. 376. Ἀυλὸς δείξει] Παροιμία. ἐλλείπει τὸ ἔργον. *Ipſum monſtrabit.*] *Proverbium: deficit opus.* In Τελεῖν, apud *Homer.* Iliad. A. vſ. 108. Οὐδὲ τι πω εἶπας ἔπος, οὐδ' ἐτέλεσσας. *Nondum aliquod verbum dixiſti, neque perfeciſti*, ſc. *rem.* Ubi *Euſtath.* Λείπει δὲ, κατὰ ἐοικυῖαν ἔννοιαν, τὸ ἔργον. ἵνα λέγῃ, ὅτε ἔπος εἶπας, ὅτε ἔργον ἐτέλεσας. (II.) Redundat apud *Polyæn.* Lib. I. c. 18. p. m. 39. Τῷ λογίῳ τὸ ἔργον (h. e. Τὸ λόγιον) ἀποβαίνει τῇδε. *Oraculi opus* (h. e. *Oraculum*) *evenit hoc modo.* Item apud *Dionem Caſſ.* Lib. lix. p. m. 537. Ἀπέραντον ἂν τὸ ἔργον τῆς συγγραφῆς γένοιτο *Infinitum foret opus hiſtoriæ*, h. e. *Infinita foret hiſtoria.*

ΕΡΚΟΣ, *Septum*, redundat apud *Homer.* Odyſſ. I. vſ. 65. Ποῖον σε ἔπος φύγεν ἕρκος ὀδόντων. *Quale tibi verbum excidit ſepto dentium*, h. e. *dentibus.* Et apud *Sophocl.* Trachin. vſ. 621.

Σφραγῖδος ἕρκει . . . ἐπ' ὄμμα θήσεται.

Sigilli ſepto . . . *oculos injiciet.*

h. e. *Sigillo.* Ubi *Schol.* Σφραγῖδος ἕρκει] περιφραστικῶς, τῇ σφραγῖδι.

Z.

ΖΗΛΌΩ, denotat (1°.) *Laudo*, apud *Euripid.* Oreſte vſ. 520. Οὐδὲ σε ζηλῶ. *Neque te laudo.* Ubi *Paraphr.* Οὐδέποτ' ἐπαινέσω. Et *Schol.* ἀντὶ τοῦ ἐπαινῶ. (2°.) *Miror*, apud *Ariſtoph.* Acharn. vſ. 1007. Ζηλῶ σε τῆς εὐβουλίας. *Miror te propter prudentiam tuam.* Ubi *Schol.* Ζηλῶ per Θαυμάζω exponunt. (3°.) *Prædico beatum*, apud *Euripid.* Oreſt. vſ. 1711.

. . . Ζηλῶ δέ σε
Θεῶν κατοικήσασαν ὄλβιον δόμον.

. . . *Te autem beatam prædico*
Deorum habitantem felicem domum.

Ubi *Schol.* Ζηλῶ] Μακαρίζω.

ΖΗΤΈΩ, *Quæro* (I.) deficit in Proverb. apud *Suid.* Cent. ix. §. 12. Κύλλε πήραν, ſc. ζητοῦσι. *Cylli peram*, ſc. *quærunt* Addit *Heſichius* ex *Ariſtophane.* (II.) Redundat apud *Maxim. Planud.* Vit. Aeſopi p. m. 51. Ὅπως ἑτέρου ἀνδρὸς πεῖραν μὴ ζητήσῃ λαβεῖν, pro μὴ λαβῇ. *Ne alterius viri periculum quærat facere.* Pro, *faciat.* Similiter *Cupias pugnare*, pro

pro, *Pugnes* dixit *Propert.* Lib. I. Eleg. x. vſ. 21.

Tu cave ne triſti cupias pugnare puellæ.

H.

Ἦ, *Re vera*, apud *Aeſchyl.* Prom. Vinct. vſ. 751. Ἦ δυσπέλῶς ἄν τὰς ἐμὰς ἄθλας φέροις. *Revera ægre meos dolores ferres.* Ubi *Schol.* ἦ] ὄντως.

Ἦι, denotat (1°.) *Quemadmodum*, apud *Aeſchyl.* Chœph. vſ. 306. Ἦι τὸ δίκαιον καταβαίνει. *Quemadmodum jus tranſit.* Ubi *Schol.* ἦ] ἀντὶ τοῦ, καθάπερ. Ut & vſ. 556. Ἦι κὰ λοξίας ἐφήμισεν. *Quemadmodum Apollo effatus eſt.* Ubi iterum *Schol.* ἦ] ἀντὶ τοῦ, καθὸ. (2°.) *Ubi*, apud *Sophocl.* Aj. Flag. vſ. 827.

. . . Ἦι τομώτατος
Γένοιτο ἄν . . . .

. . . *Ubi maxime acutus*
Eſſe poteſt. . . . . .

Ubi *Schol.* ἦ] ἀντὶ τοῦ, ὅπου.

ΗΝΙΑΙ, *Lora*, deficit in Λακωνικαί apud *Ariſtoph.* Eccleſiaz. vſ. 74. Λακωνικὰς γὰρ (ſc. ἡνίας) ἔχετε. *Laconica enim* (ſc. *lora*) *habetis.* Addit *Id.* ibid. vſ. 504. Χάλα . . . ἡνίας Λακωνικὰς. *Laxa . . . lora Laconica.*

ΗΤΟΙ, *Scilicet*, deficit apud *Euripid.* Oreſt. vſ. 1165. Βάρος τι κἄν τῷ δ' ἐστιν, αἰνεῖσθαι λίαν. *Etiam moleſti quid in hoc eſt, laudari nimium.* Pro, *Scilicet laudari nimium.* Patet ex *Paraphr.* Ἦτοι ἐν τῷ λίαν ἐπαινεῖσθαι.

Θ.

ΘΑΛΛΟΣ, *Ramus*, deficit in Ἱκετηρία, apud *Dionyſ. Halicarn.* Lib. ix. p. m. 594. qui narrat, quod Vejentes, per Romanos ad extremam conditionem redacti, ad Cof. venerint, ἱκετηρίας φέροντες, ſc. θαλλὰς. *Supplices ferentes*, ſc. *ramos.* Addit *Herodianus* Lib. vii. p. m. 314. Ἱκετηρίας θαλλὰς καὶ τέκνα προτείναντες. *Supplices ramos & liberos ſuos præferentes.*

ΘΕΜΙΤΟΝ, *Poſſibile*, apud *Euripid.* Oreſt. vſ. 97. Σοὶ δ' οὐκὶ θεμιτὸν πρὸς φίλον στείχειν τάφον; *An tibi non eſt poſſibile ire ad cognatæ ſepulcrum?* Ubi *Paraphr.* οὐκὶ θεμιτὸν] ἀντὶ τοῦ, οὐ δυνατὸν.

ΘΡΕΜΜΑ, *Alumnus*, redundat apud *Sophocl.* Trachin. vſ. 580. Ἔβαψεν ἰὸς θρέμμα . . . Ὕδρας. *Infixit ſagittam alumnus . . . Hydræ.* h. e. *Hydra.* Ubi *Schol.* περιφραστικῶς, ἤ Ὕδρα.

I.

ΙΔΙΟΝ, *Proprium*, deficit ante Genitivum apud *Euripid.* Phoeniſſ. vſ. 405. Δέλα τόδ' εἶπας. *Servo* (ſc. *proprium eſt*) *quod dixiſti.* Ubi *Schol.* Δέλα ἴδιον ἐστιν ὃ εἶπας.

ΙΣ, *Vis*, redundat apud *Homer.* Odyſ. I. vſ. 71. Διέσχισεν ἴς ἀνέμοιο. *Diſcidit vis venti*, pro *ventus.* Ubi *Schol.* ἴς ἀνέμοιο] ἄνεμος.

K.

ΚΑΙΡΟΣ, *Tempus* (I.) deficit in Ἐλαχίστῳ apud *Thucydid.* Lib. ii. p. m. 147. ubi *Schol.* καιρῷ δηλονότι. In Ἐκ πλείονος apud *Eund.* Lib. iv. p. m. 299. ubi iterum *Schol.* καιρῷ δηλονότι. In Ἐν καλῷ apud *Euripid.* Oreſt. vſ. 578. Ἐν ὐ καλῷ μὲν ἐμνήσθην θεῶν. *Non in opportuno* (ſc. *tempore*) *Deorum facio mentionem.* Ubi *Paraphr.* Ἐν ὐκαλῷ μὲν καιρῷ. (II.) Significat (1°.) *Oportet*, apud *Euripid.* Oreſt. vſ. 122. Ἃ ἐις ἀδελφὴν καιρὸς ἐκπονεῖν ἐμὴν. *Quæ oportet me facere erga ſororem.* Patet ex *Schol.* quæ exponunt, ἃ νενόμισται. (2°.) Denotat *Vigorem*, apud *Euripid.* Oreſt. vſ. 384. Ἀφῖξαι δ' αὐλὸς ἐις καιρὸν κακῶν *Adveniſti ipſe in vigore malorum meorum.* Ubi *Paraphr.* exponit per, ἐις αὐλὴν τὴν ἀκμὴν τῶν κακῶν.

ΚΕΡΑΥΝΟΣ, *Fulmen*, deficit apud *Pindarum* Pyth. Γ. vſ. 100.

. . . . Χερ-
σὶ δ' ἄρα Κρονίων
Ῥίψας- . . . . .

. . . . *Manibus igitur Saturnius*
Jaculatus . . . .

ſc. *fulmen.* Ubi *Schol.* προσυπακουστέον, τὸν κέραυνον.

ΚΗΡΥΣΣΕΙΝ, *Invocare*, apud *Euripidem* Hecub. vſ. 145. Κήρυσσε θεὺς, τὰς δ' ἐρανίδας. *Invoca Deos, ſuperosque.* Ubi *Schol.* Κήρυσσε] Ἐπικαλοῦ.

ΛΑΚΤΙΣΩ,

Λ.

ΛΑΚΤΊΖΩ, *Recalcitro*, deficit apud *Libanium* Epiſt. MDXCI. p. m. 567. Μὴ πρὸς κέντρα, ſc. λακτίζῃς. Patet ex *Zenobio* Centur. v. §. 70. qui plene dixit, Πρὸς κέντρα λακτίζειν.

ΛΆΧΟΣ, *Sors*, deficit in Μόρσιμον, vel contracte Μόριμον, apud *Aeſchyl.* Choeph. vſ. 462. Τὸ μόρσιμον μένει πάλαι. *Fatalis ab antiquo manet.* Pro, Τὸ μόρσιμον λάχος. *Fatalis ſors.* Addit *Id.* vſ. 359.

Μόριμον λάχος πιμπλάντων
Χεροῖν . . . . . .

Fatalem ſortem obtinens
Manibus. . . . . .

M.

ΜΆΚΑΡΕΣ, *Dii*, apud *Aeſchyl.* Sept. contra Theb. vſ. 1082. Μετὰ γὰρ Μάκαρας . . . ἤρυξε πόλιν. *Poſt Deos . . . liberavit urbem.* Ubi *Schol.* Μετὰ γὰρ μάκαρας] μετὰ γὰρ τὰς θεάς.

N.

ΝᾶΜΑ, *Latex* (1°.) deficit in Βάκχιον, vel, Βακχεῖον, apud *Euripid.* Cyclope vſ. 453. Ὅταν ὑπνώσῃ Βακχίῳ (ſc. νάματι) νικώμενος. *Cum autem obſopiverit Bacchico* (ſc. *latice*) *victus.* Addit *Ariſtophan.* Eccleſ. vſ. 14. Βακχείῳ νάματος πλήρεις. *Bacchico latice pleni.* (2°.) Redundat apud *Aeſchyl.* Prom. Vinct. vſ. 805. Οἰκοῦσιν ἀμφὶ νᾶμα Πλούτωνος πόρῳ. *Habitant juxta laticem Plutonis alvei.* Pro, *juxta Plutonis alveum.* Sic *Abſinthii laticem*, pro ipſo *Aſinthio* uſurpavit *Lucret.* Lib. I. vſ. 940.

Ξ.

ΞΕΊΝΟΣ, ΞΈΝΟΣ, *Amicus*, apud *Aeſchylum* Sept. contra Theb. vſ. 949.

. . . Ὁ πόντιος
Ξεῖνος ἐκ πυρὸς συθείς.

. . . *Tranſmarinus*
Amicus ex igne profectus.

Ubi *Schol.* ξεῖνος] φίλος. *Euripid.* Hecub. vſ. 708. Ἐμὸς, ἐμὸς ξένος. *Meus, meus amicus.* Ubi *Paraphr.* exponit, Ἐμὸς φίλος.

O.

ΟΔΌΣ, *Via*, redundat apud *Euripid.* Phoen. vſ. 928. Ἄκουε δὴ νῦν θεσφάτων ἐμῶν ὁδόν. *Audi igitur nunc oraculorum meorum viam*, h. e. *oracula mea.* Ubi *Schol.* Θεσφάτων ἐμῶν ὁδὸν] θέσφατα. Sic *Viam ſceleris*, pro, *Scelus*, dixit *Lucretius* Lib. I. vſ. 12.

. . . . *Viamque*
Endogredi ſceleris.

Π.

ΠΆΓΗ, *Laqueus*, deficit in *Suidæ* Centur. iii. §. 11. Ἀλλ' ἐκ αὖθις ἀλώπηξ] λείπει, εἰς παγήν. *At non iterum vulpes*] *deficit*, *in laqueum.*

ΠΑΙ̃ΔΕΣ, *Pueri*, redundat apud *Aelian.* Var. Hiſt. Lib. iii. c. i. p. m. 168. Φασί παῖδες Θετ̃άλων. *Ajunt pueri Theſſalorum*, h. e. *Theſſali.* Sic *Theopompus* dixit alicubi in Uliſſe:

. . . Ὅ φασι παῖδας Λεσβίων
Εὑρεῖν. . . . . .

. . . *Quod dicunt pueros Lesbiorum*
Inveniſſe. . . . . . .

Et *Pindarus* Iſth. γ. vſ. 31.

Ἀτρωλοίγε μὰν παῖδες θεῶν.

Invulnerabiles ſunt pueri Deorum.

h. e. *Dii.* Patet ex *Schol.* παῖδες θεῶν] ἀντὶ τοῦ, οἱ θεοὶ. Sic *Regum pueris*, pro, *Regibus*, dixit *Horat.* Lib. ii. Carm. 18. vſ. 34.

. . . *Aequa tellus*
Pauperi recluditur,
Regumque pueris.

P.

ΡΌΟΣ, *Fluxus*, redundat apud *Coluthum*, vſ. 340. ubi Πολάμων ῥόον, ipſos *Fluvios* ſignificat:

Οἶδεν ὄρος, πολάμων ἐδάη ῥόον. . . .

Novit montem, fluviorum novit fluxum.

Σ. ΣΈΒΑΣ,

Σ.

ΣΕ΄ΒΑΣ, *Numen*, redundat apud *Aeſchyl.* Prom. Vinct. vſ. 1090.

Ὦ μητρὸς ἐμῆς σέβας,
Ἐσορᾷς μ᾽, ὡς ἔκδικα πάσχω.

O matris meæ numen,
Cernis, quam injuſta patiar.

Pro, *O mater mea.* Ubi *Schol.* Ὦ μητρὸς ἐμῆς σέβας] περιφρασικῶς, Ὦ μήτηρ ἐμὴ. Sic *Divom numen*, pro, *Divos*, dixit *Lucret.* Lib. iv. vſ. 1233.

Ne quidquam Divom numen ſorteisque fatigant.

T.

ΤΕ΄ΡΜΑ, *Meta*, redundat apud *Euripidem* Oreſt. vſ. 1347. Σωτηρίας γὰρ τέρμ᾽ ἔχεις ἡμῖν μόνη, h. e. Σωτηρίαν. *Sola enim nobis habes ſalutis metam*, h. e. *ſalutem.* Patet ex *Schol.* quæ dant, Σοί ἐσιν ἡ σωτηρία.

Υ.

Ὕ΄ΒΡΙΣ, *Jactantia*, apud *Aeſchyl.* Sept. contra Theb. vſ. 508. Ἀνδρὸς ἐχθαίρουσ᾽ ὕβριν. *Viri odio habens jactantiam.* Ubi *Schol.* Ὕβριν] μεγαλαυχίαν.

ὙΠΑ΄ΡΧΩ, *Sum*, deficit apud *Pindar.* Pyth. IB. vſ. 49.

Εἰ δέ τις ὄλβῳ ἐν ἀν-
θρώποις, ἄνευ καμάτου
Οὐ φαίνεται. . . .

Si vero aliqua felicitas inter homines, absque labore
Non comparet. . . . . .

Pro, *inter homines eſt.* Ubi *Schol.* ἐν ἀνθρώποις] συνυπακουστέον, ὑπάρχει.

Φ.

ΦΑΝΕΡΟ΄Ω, *Detego*, deficit in Proverb e *Vaticano Append.* Centur. iii. §. 26. Ὄις τὴν μάχαιραν. ſc. ἐφανέρωσε. *Ovis gladium.* ſc. *detexit.* Ubi plura vide ſis.

ΦΑ΄ΣΚΩ, *Dico*, deficit apud *Thucydid.* Lib. iii. p. m. 184. Ἐλπίδα εἶναι. *Spem autem eſſe.* ſc. *dicebat.* Ubi *Schol.* εἶναι] ἔφασκε δηλονότι.

Χ.

ΧΑΛΙΝΟ΄Σ, *Imperium*, redundat apud *Aeſchyl.* Prom. Vinct. vſ. 672.

. . . Ἀλλ᾽ ἐπηνάγκαζέ νιν
Διὸς χαλινὸς . . . πράσσειν τάδε.

. . . *Sed coëgit eum*
Jovis imperium . . . facere hæc.

h. e. *Jupiter.* Ubi *Schol.* Διὸς χαλινὸς] κατὰ περίφρασιν, αὐτὸς ὁ Ζεὺς.

Ψ.

ΨΥΧΗ΄, *Anima*, redundat apud *Antiphil.* in *Anthol. Gr.* Lib. I. c. 56. Epigr. 2.

. . . Ψυχὰς ἀνδρῶν κέρδεσιν ἠρέθισας.
. . . *Animas hominum lucris ineſcaſti.*

h. e. *Homines.* Et apud *Euripid.* Hec. vſ. 84.

Πῇ ποτε . . . Ἑλένᾳ ψυχὰν
. . . ἐσίδω. . . . .

Ubi tandem . . . Heleni animam
. . . . *videbo.* . . . . .

h. e. *Helenum.* Patet ex *Schol.* ψυχὴν τῇ Ἑλένᾳ] ἀντὶ τοῦ, τὸν Ἕλενον.

Ω.

Ὥ΄ΡΑ, *Tempus*, redundat apud *Muſæum*, vſ. 293. Ὅτε . . . ἐπήλυθε χείματος ὥρη. h. e. χεῖμα. *Quando venit hiemis tempus.* h. e. *hyems.* Sic *Tempus horæ*, pro, *Hora*, dixit *Lucret.* Lib. I.

Exiguum . . . horaï tempus.

ὭΣ, *Velut* (I.) deficit apud *Ariſtoph.* Plut. vſ. 295. Τράγοι δ᾽ ἀκρατιεῖσθε. *Hirci vero laſcivi eſtis.* pro, *Velut hirci.* Ubi *Schol.* τράγοι] λείπει τὸ, ὡς. ὡς τράγοι. (II.) Significat (1°.) *Ad*, apud *Ariſtoph.* Plut. vſ. 32 Ὡιχόμην ὡς τὸν θεὸν. *Ivi ad Deum.* Ubi *Schol.* ὡς τὸν θεὸν] πρὸς τὸν θεὸν. (2°.) *Ut*, apud *Aeſchyl.* Prom. Vinct. vſ. 10. Ὡς ἂν διδαχθῇ τὴν Διὸς τυραννίδα σέβειν. *Ut diſcat Jovis imperium revereri.* Ubi *Schol.* ὡς] ἵνα.

BREVISSIMUM SPECIMEN INDICUM.

I. INDEX
Autorum.

A.

Achilles Tatius.
Aeſchyli Scholiaſtes.
Aeſchylus.

B.

Bacchylides.
Bourdinus.

C.

Callimachus.
Chariton.
Coluthus.

D.

Diodorus Siculus.
Diogenianus.
Dionyſius Halicarnaſſenſis.

E.

Ennius.
Epigrammata Inedita.
Euripides.
Euripidis Paraphraſtes.
——— *Scholiaſtes.*

II. INDEX
Formularum Græcarum.

A.

Ἄγαλμα. *Honor.*
——— *Ornamentum.*
——— *Signum.*
——— deficit in Ἀφροδίσιον.
——— ——— in Διοπετὲς.
——— ——— in Ἴκελον.
——— ——— in Νευρόσπαστον.
——— ——— in Φανοδίκῃ εἰμί.
Ἄγαν. *Omnino.*
Ἀγκύραν, def. in Αἴρειν.
Ἀγοράζω, *In foro verſor.*
Ἀγὼν, def. in Ἐπιτάφιος.
——— *Opus eſt.*
Ἀφροδίσιον. ſc. ἄγαλμα.

B.

Βάρος τέκνων. Pro, Τέκνα.
Βασίλεια, def. in Τὰ ἀφνεῶν.
Βέλος, def. in Καταπελτικὸν.
——— ——— in Πυρφόρον.
——— ἰμέρῳ. Pro, Ἱμερῷ.
——— *Fulmen*
——— *Gladius.*
——— *Vulnus.*

Δ.

Δαίει γυμνῶσαι. Pro, Γυμνοῖ.
Δάπεδον γῆς. Pro, Γῇ.
Διοπετὲς. ſc. ἄγαλμα.

Ἐγγὺς. *Simul.*
Εἶδος, def. in Τί ἀγγελίας.
—— Φοίβης. Pro, Φοῖβη.
Εἰμαρμένε, def. in Περόσθεν χρόνε.
Ἐπιτάφιος. ſc. ἀγὼν.
Ζηλόω. *Laudo.*
—— *Miror.*
—— *Prædico beatum.*
Ζητεῖν, def. in Κύλλε πήραν.

III. INDEX

Formularum Latinarum.

A.

Abſinthii latex. Pro, *Abſinthium.*
Agitare ibit. Pro, *Agitabit.*
Argenti pondus. Pro, *Argentum.*

D.

Deûm genus. Pro, *Dii.*
Diei tela. Pro, *Dies.*
Divom numen. Pro, *Divi.*

F.

Fabricare novit. Pro, *Fabricat.*
Forma imaginis. Pro, *Imago.*

G.

Genus Deûm. Pro, *Dii.*
—— *Grajûm.* Pro, *Graji.*

H.

Horæ tempus. Pro, *Hora.*

I.

Jacula, def. in *Miſſilia.*
Ibit agitare. Pro, *Agitabit.*
Imaginis forma. Pro, *Imago.*

L.

Latex abſinthii. Pro, *Abſinthium.*

M.

Miſſilia. ſc. *Jacula.*
—— ſc. *Tela.*
—— ſc. *Tormenta.*

N.

Nimis. Pro, *Omnino.*
Novit fabricare. Pro, *Fabricat.*
Numen Divom. Pro, *Divi.*

P.

Pondus argenti. Pro, *Argentum.*
Pueri regum. Pro, *Reges.*
Pugnare cupias. Pro, *Pugnes.*

R.

Regni ſola. Pro, *Regnum.*
Regum pueri. Pro, *Reges.*

S.

Sceleris via. Pro, *Scelus.*

T.

Tela. def. in *Miſſilia.*
Tempus horæ. Pro, *Hora.*
Terræ ſola. Pro, *Terra.*
Tormenta, def. in *Miſſilia.*

V.

Via ſceleris. Pro, *Scelus.*

CONDITIONES.

1. OPUS noſtrum, quod ſexcentis paginis conſtabit, eodem charactere, eadem charta & forma prodibit, quibus Specimen prodit.

2. Qui nomen ſuum dabit, dimidium ſolvet, nempe ſeptem nummos, quos *Shillings* Anglice vocamus, & ſex aſſes; & reliquum, quum Opus abſolutum ei per plagulas tradetur.

3. Opus incipiet ſub proelo ſudare proximo menſe Januario, & mille tantum Exemplaria prodibunt.

4. Si quis ſex Exemplaria velit, ſeptimo donabitur.

5. Qui nomina ſua dabunt, ea & nummos tradent Bibliopolis, A. MILLAR, I. NOURSE, & P. VAILLANT, habitantibus in platea, quæ *Strand* nuncupatur, e regione plateæ *Catherinæ* & *Southampton*.

London

RECeived of

the Sum of Seven Shillings *and* Six Pence, *being the firſt Payment of the above Book; and I promiſe to deliver the whole Work complete on receiving the Remainder of the Subſcription, according to the above-mentioned Conditions.*

CONDITIONES.